

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 66. Papæ Legatus a Russice & Moscoviae Græcis carceri datus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. piscopo delegata hanc legem exequendi  
 A.C. 1443. facultate. Data est hæc Epistola Mense  
 Aprili anno millesimo quadringentesimo  
 quadragesimo tertio. Aliam præterea  
 sub idem tempus scripserunt ad Joannem  
 Palæologum Imperatorem, qua illum ni-  
 si a Metrophanis patrocinio, & Latino-  
 rum sententia discederet, anathemate  
 percellendum comminati sunt.

## §. LXVI.

*Papæ Legatus a Russiæ ac Moscovia  
 Græcis carceri datus.*

Cum Synodus ista a quatuor Patriar-  
 chis nullatenus Imperatoris jurisdi-  
 ctioni, sed infidellum imperio subjectis  
 convocata esset, Joannes Palæologus jam  
 aliunde nimium meticulosus, insuper  
 tanta suorum audacia, tamque atrocibus  
 minis ultra modum perterritus, a pri-  
 mævo suo fervore longe magis, quam un-  
 quam alias remisit, proin totus Oriens  
 eo pertinacius pristino schismati inhæsit,  
 quo plus apud Græcos hæc Synodus  
 valebat, quam præsentia sua omnes Pa-  
 triarchæ honorabant, excepto Constanti-  
 politano, quem velut anathemate nota-  
 tum, atque usurpatorem traducebant.  
 Sequebantur idem quoque exemplum  
 Russiæ ac Moscoviaæ populi, ad quos  
 Isido-

Isidorus Cardinalis (\*) tanquam Papæ Sæcul. XV.  
 Legatus mittebatur, ut unionem prædi- A.C.1443.  
 caret; hi vero jam a Græcis præventi e-  
 rant, ac non minus eorum imperio sub-  
 jecti, quam fidei quoque ac ritus eorum  
 jam a pluribus retro sæculis fidelissimi  
 audiebant sectatores; quapropter Isido-  
 rum Cardinalem tanquam seductorem  
 populi, fidei desertorem, atque prodito-  
 rem, qui eos turpiter Latinis venditasset,  
 captum in carcerem conjecterunt, a quo  
 tamen postea, fayente Deo, fuga evasit.  
 Ita unaomnes aduersus pacem, atque con-  
 cordiam ad arma convolarunt, excepta  
 fatis exigua Cleri Constantinopolitani  
 parte, quæ Patriarchæ sui exemplum, e-  
 jusque doctrinam fideliter sequebatur.

### §. LXVII.

#### *Metrophanis Patriarchæ Constanti- nopolitani obitus.*

Imperator tanta suorum rebellione vehe-  
 menter commotus, ac serpenti malo  
 remedium quærere intentus, ex Metro-  
 phanis consilio Synodum Constantinopoli  
 convocare constituit, cujus auctoritate  
 unio-

---

(\*) Is erat Thessalonicensis Monachus S. Ba-  
 silii Archiepiscopus Ruthenus ab Eugenio Papa  
 Florentiis decimo quinto Calendas Januarii  
 anno 1439. Cardinalium numero adscriptus.